SAMMELHANDSCHRIFT
Entstehungsort unbestimmt (u. a. Neustift), 15. Jh.
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35497
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

negligunt Qui vero docti cum ad ordinem tantum veniunt.
totum conatum ad studendum ponunt, tamquam principalis
finis eorum sit in ordine studio insudare et exercitare/
ut per gratiam videbitur in 2a parte Non enim est finis ordinis
multum studere sed multum amare caritatem legem/ et ea que or-
do instituit quanto quis melius potest expedire/ ad quod ut
melius expediat omnia alia debet moderare et ordinare
Unde non mirum si tales deo iuste permittente precipitant.
sepe se in corpore destruentes De fuga parentum et pa-
trie native/ et primordio relinquendo post quam expecta-
do ut propter deum distribuat/ Capitulum 22.

Parentes vero atque carnales genealogie cognacionis
et patriam nativam fugere omnes patres hortantur
Unde Ieronimus ad monachum rusticum Nolo te habitare
cum matre Et Iohannes abbas montis Synay qui alias climacus
dicitur/ ait Exivit eva non spontanee propter sua peccata a
paradiso et eiulavit Ita monachus spontanee a propria patria/
qui sicut eva fuit in paradiso mansisset iterum et magis quam prius
de ligno prohibito concupivisset et sic peccasset/ ita monachus
detrimentum patitur si propria patria Et subdit. Fuge loca
ruinarum tamquam a flagello Et Gregorius docuit cum audiret
a quodam Mater tua et fratres tui stant et querunt te Con-
festim nobis eorum fugam ostendit. cum dixit Mater
mea et fratres mei sunt qui faciunt voluntatem patris mei
qui est in celis Item dicit idem climacus Quibus parentes
contrarii in religione dicuntur Sit tibi pater qui ad omnia peccatorum
tuorum collaborare tecum potest et vult, hic est pater quia
quantum potest et vult religiosum custodire a peccatis et liberare
a perpetuis Mater tua sit compunctio, a sordibus te la-
vare volens. Frater tuus qui ad cursum et viam supernam
tecum laborat/ possidere incorruptibilem mortis